Fragmentarium

in deum et proximi dilectione mirabiliter flagra-
bant caritatem aque multe extinguere non pote-
rant. quia quantecumque tribulationes eis fie- 118
rent. ad odium eos transmutare non valebant.
Hoc nimirum esset extinguere caritatem suam tribu-
lationibus quas ingerebant. ad dei autem proximi o-
dium eos inclinare potuisset. Sed cum aque dicte
sint quid rursum per flumina nisi ipsarum aqua-
rum incrementa et inundationes intelliguntur. Flu-
mina quippe magnas aquas solere dici cognosci-
mus. Flumina ergo maximas tribulationes
accipimus. que diu per totum orbem super martyres ebul-
lierunt. ad extinguendum caritatis ignem grandi
impetu confluxerunt. Sed quia nec flumina
adeo carnales invenerunt ut potius flumina confu-
merent. quam se ab illis extingui paterentur. Ubi
multi etiam plerumque ad eandem caritatem se con-
vertebant. ita ut donarent quicquid in mun-
do possidebant. et se ipsos morti darent. quam
prius persecutoribus crudeliter inferebant. Unde
et subditur. Si dederit homo omnem substantiam
domus sue pro dilectione quasi nichil despici-
et eam. Cum cupiditate terrene substantie deus
non diligitur. quia terrenus amor oculum sor-
didat. ne divina claritas videatur. Contra quod
in evangelio dicitur. Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. Et iohannes apostolus ait. Si

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_251_f118r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5257)